

8

QVI VICIT TRABEAS SOLIO CINCTVMQ· GABINVM  
 CONSVLIBVS PRAESTANS ECCE SENATOR ADEST  
 INGENIO VELOX CVLTVS SERMONE VERENDIS  
 MORIBVS· EXTREMAM MISSVS AD ORBIS HVMM EST  
 5 TVNC SE ORIENS VICTVM PEREGRINO LVMINI FASSVS  
 HAESIT AD ASPECTVM LVMINIS ALTERIVS  
 PVBL·SAL·ANN·CCCCXCIII·V KAL·MAIAS

8 'In antiqua membrana auctoris illius'.

QVI VICIT TRABEAS SOLITVM CINCTVMQVE GABINVM  
 CONSVLIB·PRESTANS ECCE SENATOR ADEST  
 INGENIO VELOX SERMONIS CVRA ROTVNDI  
 VIRTVTVM PRETIVM FORMA PVDICITIAE  
 5 ABDITA LIBRORVM MILENI CLAUSA PROPHETAE  
 ORCVS AD EXTREMI MISSVS SEVERA VERENDIS  
 TVNC ORIENS VICTVM PEREGRINO LVMINI FVSVS  
 HAESIT AD EXPECTVM LVMINIS ALTERIVS

Fontana f. 91'. Haec recensio est ipsa Ennodiana edita admodum corrupta.

Alciatus in solo cod. Dresdensi l. 1 f. 153 adnotans: 'Fuit et hic Senatoris nomine sanctitate illustris praesul, cui sacra aedes non Mediolani tantum, sed et Ticini erecta conspicitur. Proditum autem est et apud Orientem peregre aliquandiu eum egisse et sacra doctrina plerosque populos erudiisse. In divae Euphemiae aede situs est. Sunt qui Villana gente eum natum asseverent periissequae V kal. Maias'. — Est apud Ennodium carm. l. 2 ep. 87. 'Ex A. Alciati antiquario' Fontana f. 91'. — 1 factum est CINCTVQ·GABINO. — 6 ex ASPECT factum ASPECTVM.

9

VIRTVTVM SIGNIS POLLENS EVSTORGIVS HEROS  
 DIGNA LAVDE PIIS EN CELEBRANDVS ADEST  
 CVIVS PLVRA VIRI CLARA INTER FACTA BEATI  
 INSIGNE HOC VNVM PVBLICA FAMA REFERT  
 5 INGENTEM ORNARI CAESAR SIBI IVSSERAT VRNAM  
 QVA POST FATA SVAS CONDERET EXVVIVS  
 SED VIS NVLLA BOVM POTVIT NEQ·MACHINA MOLEM  
 ABVEHERE ET NIXVS IRRITVS OMNIS ERAT  
 DONEC EAM DONO ACCEPTAM RES MIRA SACERDOS  
 10 EXIGVO TRAXIT AD PIA TEMPLA IVGO  
 COMPOSVIT NVLLOQ·LABORE EVSTORGIVS IN QVA  
 HACTENVIS EXIMIO CVLTVS HONORE IACET

9 'Sunt in antiqua membrana cet. [vide supra] versus S. Eustorgii'.

VIRTVTVM SIGNIS POLLENS EVSTORGIVS ALMVS  
 DIGNA LAVDE PIIS EN CELEBRANDVS ADEST  
 CVIVS PLVRA QVIDEM CLARA INTER FACTA BEATI  
 INSIGNE HOC VNVM FAMA REFERT POPVLI  
 5 CONSTRVCTAM REBOANS INGENTEM CAESARIS VRNAM  
 IVSSV QVA TRABEIS OCCVLERET PROPRIOS  
 PER COMPTOS ARTVS PER SEDAM DENIQVE MVLTVS  
 HAVD VALVISSE IVGIS APPLICITIS VEHERE  
 PONTIFICI DEMVM HANC CONDONASSE BENIGNE  
 10 QVAM PARVIS VACCIS OMNIPOTENTIS OPE  
 IVNCTIS QVO VOLVIT DVXISSE PROXIMVS IN QVA  
 HACTENVIS ET SVMMO FVLTVS HONORE IACET

Fontana f. 27' sub Eustorgio. — V. 7 ambigue in codice scriptum esse monet Schoell nec satis constare de lectione.

Alciatus in solo cod. Dresdensi l. 1 f. 154 adnotans: 'Eustorgii episcopi in urbe nostra celeberrimum templum eius quoque tumulum habet hoc quandoque epigrammate insignitum. Floruisse Theodorici temporibus ex Cassiodori epistolis apparet, ex quibus una ad eum scripta etiamnum legitur. Historici nostrates sub Arcadio et Honorio vixisse affirmant, quod si verum est, oportet eum ad usque decrepitam aetatem vixisse. Qui diligentiores videri volunt, huius nominis duos fuisse tradiderunt, alterum sub Diocletiano, alterum recentiore sub Theodorico, de quo hic agi magis arbitror'. — 7 factum BOVVM.

10

VIRTUTE OFFICIO MERITIS ET NOMINE MAGNVS  
 COELESTIS SPECIMEN VITAE ET IMAGO FVIT  
 NON LAETIS VNQVAM ATTOLLI NEC TRISTIB·VLLIS  
 CONFRINGI POTVIT SPES CVI CERTA DEVS  
 5 FERRE MANVM FESSIS NVDOS VESTIRE PARATVS  
 CAPTORVMQ·GRAVI SOLVERE COLLA IVGO  
 OBTINVIT MAGNI PROMISSA PALATIA REGNI  
 DEVINCENS HOSTIS TAEDIA MAGNA SVI  
 ·ANN·SAL·DXXXVI KAL  
 10 NOVEMBR

10 'Sic habebatur in veteri membrana illius auctoris' cet. [vide supra].

VIRTUTE OFFICIO MERITIS ET NOMINE MAGNVS  
 FORMA QVIDEM SPECVLVM LVX ET IMAGO DEI  
 CLARVIT INSIGNIS DITATVS MVNERE DIVI  
 VIRIBVS EX TOTIS SEMPER AMANDO DEVM  
 5 NON LAETIS VNQVAM EXTOLLI NEC TRISTIBVS ISCE  
 CONFRINGI NOVIT SPES CVI CERTA DEVS  
 FERRE MANVM FESSIS NVDOS VESTIRE PARATVS  
 CAPTARVMQVE GRAVI SOLVERE COLLA IVGO  
 SVBSTINVIT MAGNI PROMISSA PREMIA REGNI  
 10 DEVINCENS HOSTIS TELA MAGNA SVI

Fontana f. 64 sub Magno.

Alciatus in solo cod. Dresdensi l. 1 f. 155 adnotans: 'Magnum hunc episcopum inter divos relatum religiose nostrates colunt, famaue est ex Trincheria gente ortum fuisse. Mihi nihil ulterius compertum est quam Eustorgii in templo fuisse conditum'. — 'Ex A. Alciati antiquario' Fontana f. 64. — 8 fuit TEDIA.